



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gvillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. VIII. De arbitirs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

in urnam sono. Extracta suffragia imponunt causis finem. Romani non calculis aut fabis globulisve, sed duabus literis condemnabant aut absolvebant: duabus non liquere significabant. A, ut notavit Asconius Pedianus, salutatis erat litera, absolvi que reum petebat, C. tristis, condemnabat. N. L, non liquere notabat. In capitalibus causis à Græcorum usu Θ literam, qua Θάνατον, id est mortem significant, accepisse etiam Romanos, nigrumque theta appellasse, literarum monumentis reperio. Verū ad mea me recipio.

CAP. VIII.

De Arbitris.

QUIA causarū civilium maior numerus quotidie oboriebatur, quam quibus terminandis, & novis audiendis satis essent quinquaginta viri tribuum: ut hic succurreretur, quadraginta quatuor

tuor *Ἀγωναί*, id est, arbitri eligebantur, partim sorte, partim electione. Nam sexagesimum annum excessisse illos oportebat, & non infimæ esse notæ, sed insigni probitate viros: quamobrem eligi solebant: inque locum constitutum bona pars constituebantur, ubi à litigatoribus possent statim conveniri. Sic vero adibantur. Actor & reus ex composito quosvis deligebant ex eo numero, ea lege, ut si lis apud illos contestata inceptaque esset, necesse esset, ut & apud Romanos, illic terminari: alioqui multabatur qui sententiæ illorum non paruisset. Succurrebatur vero læso, duplici remedio. Nam & illi iudicii causam reddebant, & ex appellatione poterat adiri *ἀγώνης*, iudex civilis, causæque succurrere. Hæc Demosthenis ex oratione *Ἐπειδὴς*, sententia est. Budæus paulo latius explicat

cat ex Polluce quot arbitratorum
essent genera. *Οἱ κατ' αἰρεσιν*
electi, erant quos litigatores sibi
deligere poterant, quibus con-
troversiarum rationes explicatas cre-
derent. *κατ' ἐπιτροπῶν τ' αἰτίας,*
per causæ permissionem. Alii ve-
ro *κληρωτοί*, id est, sortito electi
ex magistratuum decuriis, non
veniebant pro litigantium arbi-
trio, sed sortito privatis causis
deligebantur ex iudicum decu-
riis, non secus quam olim apud
Romanos ex iudicum decuriis
prætor ordinabat, hodieque in
curiis Galliæ viris consularibus
fit, non quidem ut iudicent, sed
ut exacte perpensa lite, & eius ap-
pendicibus, senatui iudicaturō
referant. Hæc sententia facile
confirmari potest ex loco oratio-
nis Demosthenis in Aphobum,
quem expilatæ hæreditatis accu-
sat. Locus ita habet. Ad arbi-
trium igitur sorte datum quum

venisset Aphobus, obiectaque diluere non posset, damnatus est ab arbitro. Iudices porro ad quos provocaverat, quum causam cognovissent, eadem ipsi cum arbitris compromissariis etiam illius amicis, cunque ipso sorte dato arbitro pronunciantes, litem homini decem talentis aestimarunt. Compromissarios arbitros ius civile vocat, ob pecuniam ab actore deponi veluti communi periculo & consensu solitam, quam qui causa cadebat, solvere cogebatur. Antequam à sorte digredior, quia deest hodie in Gallia exemplum suffragiorum & fortis (nisi quod quidam doctores nos in fortibus exempla in suis bianchis, ut aiunt, docent) volo paucis præstantissimæ nostris temporibus pro sua magnitudine Reip. modum fortium exponere. Ea Veneta est, aristocra-
tia

ue
us
ro
m
n
-
e
a-
m
o-
o-
le-
ulo
qui
pa-
re-
llia
or-
res
uis
olo
ris
di-
ex-
ra-
tia

tia & monarchia ita temperata,
ut nec magistratus summi sine
Ducis praesentia sententiaque,
nec vicissim ille quicquam pro-
pria ausit potentia statuere, adeo
ut ne progredi quidem tuto tem-
pore belli in medium possit sine
capitis periculo, nisi sex viros re-
gionum ut minimum comites
habeat. Nostrae Galliae admini-
strationi, quae etsi lumine literarum
diu caruit, tamen longe dignita-
te, scientia, prudentia demum
summa, caeterisque rebus quae
ad magnitudinem faciunt Rei-
publicae, est omnibus facile su-
perior, quicquam detractum
nolo: quin ipsam olim, nisi me
aliquis praeverteret, illustratam
memoriae posteritatis commen-
dare decrevi. Sed ad fabas,
calculos, sortesque venio. O-
ctavo quoque die comitia adire
tota nobilitas annum aetatis vi-
cesimum praetergressa solet, nec

tamen omnes sine discrimine ante 25. annos (nisi qui sortis, quam quotannis apud senatum à xx. anno in xxv. tentant beneficio id assequuntur) adire possunt. Qui vero debeant eligi ante 25. ætatis annum, asserta prius præsentate utroque parente aut affine proximo cum testibus idoneis sua ab utroque parente nobilitate, die xi v. Decembris conveniunt, eorumque nomina in urnam coniiciuntur: demum altera urna pari numero habet tot pilulas, quot adsunt iuvenes. Sunt vero globuli argentei omnes præter quintam partem, quæ aurea est. Dum itaque educitur à principe nomen quodcunque, educitur & fors. si argentea, reicitur in proximum annum. si aurea, probatur, consortioque consilii magni aggregatur. Consilium ergo illud in patentissima aula coactum, omnia suffragiis tacitis

an-
am
x.
io
at
s.
e-
ne
eis
a-
ve-
ar-
era
pi-
unt
nes
au-
r à
ue,
eii-
u-
on-
si-
ma
giis
itis

tacitis magistratuum & dignita-
tum genera deligit. Ubi tota
convenit nobilitas, audita statim
hora solita clauduntur fores : nec
licet ulli ante comitorum fi-
nem, qui occasu solis fit, exire.
Occlusis autem foribus, scriba
maior è suggestu, ut omnes au-
dire possint, significat qui illo die
magistratus sint eligendi. Sedent
omnes in decem sedibus longissi-
mis, nisi qui sunt aut comitio-
rum præsides, aut qui Duci in
suggestu, si adsit sedenti, dignita-
tis ergo assidere solent. Locantur
demum urnæ tres ante Ducis
tribunal : una in dextra parte, al-
tera in sinistra, tertia paulo subli-
mius in medio duarum : quibus
ipsis consiliarii tres assident, qui-
bus veluti censoribus extracti
globuli aurei qui ex urnis edu-
cuntur, ostendi solent, ne scilicet
quisquam posset per ambitio-
nem afferre domo. Præterea sin-

gulis comitiis solet signum in
ipsis mutari sortibus, veluti mili-
taris tessera : ne si idem semper
maneret signum, posset confingi
ab ambitioso cive. In duabus pri-
mis urnis sunt tanta copia argen-
teæ pilulæ, ut possint numero ci-
vium satis esse. in singulis trigin-
ta tantum aureæ. in illa quæ me-
dia est, sexaginta tantum sunt,
quarum aureæ sunt triginta &
sex tantum. Vocatis secundum
sortem ad sortes subselliis qua-
tuor classibus distinctis, ve-
niunt singillatim ad urnas : in
quas quemque demissa manu in-
de globulum extrahere moris est.
qui autem argenteum tulerit, re-
dit in sedem frustratus : qui au-
reum, ostendens assidenti urnæ
consiliario, transit ad mediam:
ex qua si argenteum educat, spe
luditur. qui utramque spherulam
auream habet, is ex electoribus est:
qui singulis ex quatuor classibus
nove-

no
cor
scri
cor
ver
fra
bo
sta
mi
agi
str
ve
gi
fin
ea
qu
me
de
tur
ti
ab
fin
au
gu
tat

noveni eliguntur : electi vero conscendunt suggestum, illicque scriba nominantur, ac statim in conclave (prius tamen in Reip. verba iurati, se sine ambitione, fraude aut favore electuros viros bonos magistratibusq; idoneos) statim concedunt, electuri & nominaturi, suffragiis inter se etiam agitis, viros in singulos magistratus. Idem faciunt & alii novem, tertii item & quarti ad triginta sex usque, tamen ea lege, ne sint usquam plures duobus ex eadem gentilitate electores. Itaque ubi primus electorum numerus est selectus, omnes eiusdem gentis affines exire coguntur, & ita secundi tertii & quarti, quoad electio electorum sit absoluta. Singuli itaque novem singulis nominatis magistratibus aut præfecturis singulos deligunt, ita ut in maioribus dignitatibus sint semper quatuor competitores.

petitores, in minimis duo. quibus expletis, produnt nomina, ut in suffragia eatur, & qui plura tulerit, eligatur. Nolo interim omittere, quod præclarum illic est, electorem unumquemque, eius quem nominaverit, si eligatur beneficio suffragiorum, fidei iussorem esse, & si quid pecuniæ publicæ averterit, præstare debere. Nominatis competitoribus, statim omnes parentes illius cuius nomine primo in suffragia itur, excedere aula coguntur, quoad suffragia sint lata. tum revocatis illis alii vicissim exeunt sequentis affines, & sic ad ultimum usque. Præterea observant ex suggestu, unde prospici in totam aulam possit, ne quis qui parentem iam forte electum intellexerit, captet ullum aut signis, aut colloquio: quod qui admiserit, ambitus notatus, expellitur, honoreque suffragandi eo die

die
qu
ger
me
alic
gn
ret
ho
gr
ho
qu
ca
ra
du
via
cu
te
m
ch
tu
cu
an
ric
ut
ma

die caret. nec enim licet ulli à quo lecti electores sunt, nisi exire generis causa iussus sit, se loco semel accepto movere. Id quidem aliquando, non tamen sine magno tædio, novi, quum adhiberet illic à patriciis viris, qui me & honoris & discendi eos mores gratia illuc crebro ducebant, ab hora fere prima pomeridiana, qua comitia occluduntur, ad occasum usque solis retineri illic tandiu moleste ferens. Interea dum electores sunt in conclavia, viatores lineorum suffragiorum cuique nobilium quantum potest pugillo capere, dant, inque magnum, moreque illorum brachiale amplum factum demittunt. Pueri vero statim adsunt cum urnulis bina concavitate, anteriori alba probandi, posteriore viridi reprobandi, ita tectis, ut per foramen immissa in illas manu suffragium in utramvis demittas

mittas, incio etiam qui te diligenter observet, edito sæpius illius cuius suffragia petunt nomine, quibusque in magistratibus fuerit, si aliquos gessit: statimque omnia suffragia à tota corona accepta, in duo vasa demittant, quorum unum de si, pro albo scilicet urnulæ ventre, alterum de non, vulgo dicunt, id est probandi & improbandi, ex quibus illico supputantur mira arte & facili. Habet enim scriba tabulam certo foraminum numero semiper foratam, super quam globulorum vis effusa statim spargitur, ductaque manu in superficie, quot sunt extra numerum ablegat. Itaque fere pari celeritate ingens numerus, atque ipsa unitas supputatur: dum numerant consilarii candida à dextris, viridia à sinistris. interim pueri redeunt aliorum competitorum nomine, donec quatuor

exple-

exp
tule
(na
con
Par
rat
usq
luc
cer
rur
fab
usu
loc
ti.
bel
ras
dix
luc
mo
reb
cab
ma
luli
ut r
ra

dili-
is il-
no-
rati-
sta-
tota
de-
e si,
tre,
at, id
, ex
mira
riba
nu-
uper
sta-
u in
me-
pari
que
nu-
lex-
rim
pe-
uor
ole-

expleantur : quorum qui plura
tulerit , modo dimidia excedant
(nam si pares sint , differuntur
comitia) is in magistratu est.
Pariter in cæteris fit quandiu du-
rat dies. nam nox adveniens
usque adeo comitia solvit, ut ne
lucernam quidem usquam ac-
cendere liceat. Hæ suffragio-
rum leges , hi ritus. Græcis
fabæ albæ & nigræ erant in
usu magistratum eligendorum,
loco pilularum auri & argen-
ti. Ne vero fraus subesset, ha-
bebant & legumina suas tesse-
ras. Verum de sottibus satis me
dixisse , ut rem illam literis e-
lucidarem , credo. Parum ad-
modum à Diætetis nostris diffe-
rebant *Ἐπιτεταί* (inquisitores vo-
cabuli & officii ratione non
male Latine dixeris) quorum
Iulius Pollux ait fuisse officium,
utres & causas quarum natu-
ra status nondum constaret ,
explo-

explorarent, adque senatum verum ipsum referrent: quo in officio quotidie leguntur apud nos commissarii, ut vocant: suntque ordinarii in causis facinorosis apud iudices tam capitales quam rerum civilium. Habemus & nostros inquisitores in singulis provinciis, qui testes audire possunt ubi ius habent, litesque præparare iudicibus offerendas: etiam si non provocent partes, sententiam ut pedanei iudices de minimis dicere possunt. Verum monuit me Pollux ne suam de arbitris sententiam prætermitterem. *Ἀξιωματικοί*, inquit, arbitri supra annos sexaginta nati sorte eligebantur, quibus etiam sortito *ἀιξιωματικά*, id est, arbitria committantur. Admissorum vero ad hanc dignitatem si quis suo munere aliquid indignum commisisset, ille aut gravi pro delicti æstimatione multa plectebatur, aut

au
co
ut
tat
no
ter
di
ve
Pr
pe
rel
bu
po
po
ne
eti
ve
se
fer
sen
da
illo
in l
ma
bar

aut summo cum dedecore de illo
 cœtu eiici solebat, exiliarique:
 ut nil sit mirum illos tanta æqui-
 tate, ac constantia fuisse, quos si
 non virtus cohibere, vitii pœna
 terrere posset. Omnia itaque iu-
 dicia de rebus sacris apud illos
 veluti sanctissimos tractabantur.
 Primam vero de diis rationem
 perpetuo, seu in vera, seu in falsa
 religione habitam fuisse omni-
 bus gentibus, constat. In rebus
 porro civilibus causam eos non
 potuisse dicere ultra æstimatio-
 nem drachmarum decem, scribit
 etiam Pollux alio in loco, quam
 vere, ipse viderit. Quumque ab
 se causas ad alios iudices trans-
 ferrent, coniectis in urnam pro
 sententia calculis, acta proferen-
 da tam actoris quam rei apud
 illos designabant: accepta tamen
 in litis principio ab actore drach-
 ma, quam causa inferior solve-
 bar. Ea drachma *δίστασις*, id est,
 G diffi-

dissidium dicebatur, inque rationem ærarii publici referebatur: postquam alteram, qui causa cadebat, dare cogebatur. Hæc Pollux. Verum Latini quoque varia significatione Græcæ dictionis diætæ utuntur: primumque ea rationem quandam tenuioris victus, aut à medicis, aut ipsa conditione valetudinis ægrotis præscriptam significat: quod Cic. ad Atticum docet. Sed ego, ait, diætæ curari incipio: chirurgiæ tædet. Diætæ alias locum significat in domo, in quo versari solemus frequentius, aut in horto, in quo expatiari moris est, atque æstate cœnare. locus domesticus ille alioqui non male Latine cœnatio appellabitur. Diætarius servus inde dictus est, quod illic mensas ornare, et ministrare mensis solebat. Ulpianus Tit. de fundo instructo, L. Quæsitum, versus finem,

nem, meminit. Ostiarii autem, ait, topiarii, diatarii domitarum deservientes, continebuntur. Quam egregie explicet topiarios Accursius, videant qui illi in omnibus applaudunt. Topiarii, inquit, sunt qui vepribus, & spinis agrum purgant, & faciunt fossas. Pro iis qui locorum varietatem exprimendo (nam *ἀπὸ τοῦ τόπου*, id est, à loco dicti sunt) imagines rerum omnium ex arbutis fruticibus, & herbis effingebant, statim somniavit novum officii genus. Nolo omittere diatarium furem, qui ex diætis aliquid surripuisset: cuius idem iurisconsultus Tit. de effractor. L. munerum, meminit his verbis. Simili modo saecularii, diatarii erant puniendi, item & effractores. Vetera exempla habebant detrectarios, dignum in quo somniaret vocabulo Accursius. Adeo fuit olim crebrum il-

Iud furum genus, ut tenuioris fortunæ homines cogentur apud plerosq; divites indumenta pro foribus relinquere, si vellent admitti: quod in Atheniensibus taxat Aristophanes in Pluto.

ἄλλ' ἐχὶ φερόμεν ἔγωγε ἰσέπρητα.

Nonne furaturus huc venio?

Nunc autem à diatariis ad naucleros eo.

C A P. I X.

De Trierarhis.

NON pro celebriori dignitate, sed pro maiori numero nunc ἐπιπράγῃ. i. triremium præfecti mihi sunt tractandi, eo potissimum nomine, quod spem salutis non raro in re navali Athenienses posuerint. Numerum auctores non præfiniunt, quoniam pro rei necessitate augebatur, aut minuebatur. Unum id tradunt, com-